



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Cui Prælato ex voto obedientiæ parere Religiosi debent, & qualiter ipse
debeat præcipere. punct. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

mosyniam Petro, quin Petro promissio dirigatur. 2. conclusio-
nis pars constat ex religioso statu, qui est perfecta quadam
abnegatio sui (ut passim patres docent) ob eum causam (iure
si disponere) et propria libert. & dominio spolia, & in pra-
latum religionis, transfers, eisque te eorum tradis regendum, &
gubernandum efficacius quam leuis traditus est domino, &
filii patri. In hac traditione virtute continetur promissio
exequendi superioris praecipa, si quidem ad hunc finem te
tradis; aliter enim regi aut gubernari non potes. Sed ne hac
traditio, & promissio humana tantum sit, voto religiosis obedi-
entia superaddito sacratur. Quo proposito factum est grati-
fimum Deo sacrificium, & holocaustum, ut latius protegatur
Suar. 3. rom. lib. 10. c. 5. per votum, praecipue a. 4.

2. Verum ex hoc explicazione coniugii videatur violatio-
nem obedientiae religiosis plures malitiae species distinctas
contineat; constituit enim malitiam sacrilegi aduersus votum,
& promissionem Deo factam. Et in supermalitia iniusti-
tiae aduersus praleatum, seu religionem, cui est promissio, &
traditione religiosi ius acquisitum. Et præterea continet malitiam
aduersus illam virtutem, circa quam veritas actus imper-
rat, ut si præceptum sit de ieiuniu contineat malitiam in-
temperantie, si fuerit de Misericordia audienda, oratione fundenda,
contineat malitiam irreligionis; superior enim ob iurisdictionem,
quam a Pontifice obtinet, potestatem habet, rem pra-
ceptam constitutam in specie necessaria virtutis; que alias
constituta non erat. Deinde inobedientia continet malitiam
aduersus obedientiam virtutem. At durum videatur in uno actu
tot malitiae species multiplicari. Ergo dicendum est, in reli-
giose obedientia solum adesse votum, seu promissionem Deo
factam exulta promissione, & traditione humana, alijs
superioris iurisdictione.

3. Nihilominus a proposita doctrina recendendum non est.
Concedo enim te violentem superioris præceptum peccare ad-
uersus religionem ob transgressionem voti, & aduersus iusti-
tiam ob ius religioni per traditionem acquisitum & aduersus
veracitatem, & fidelitatem debitam ob promissionem in ipsa
traditione inclusam. Neque est inconveniens, utni sciam dupli-
citem, vel tripliicem malitiam continere, si plura iura violer,
ve patet in famulo, vel seruo obligato ex iustitia sui domini
mandata exequi, qui si votum elicit ex mandato exequendi
dupliciter, vel tripliciter peccabit transgrediens dominii man-
datum aduersus iustitiam, fidelitatem, & religionem; que ita
tradit Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 6. m. 3. At aduersus eam virtutem,
circa quam actus imperatus veritas, non semper es confessus
peccare, sed solum quando superior tibi praeciperet viens iuri-
sitione Ecclesiastica à Ponte concessa, quod non est praes-
mendum, nisi clarè exprimat, scilicet imperando sub pena ex-
communicationis, vel statuendo legem. Nam cum possit ob-
edientiam sibi debitam ex voto præceptum imponere, cre-
dendum est ab solute præcipientem eam solum exigere. Sie
doct. Sanc. lib. 4. sum. c. 11. m. 25. Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 6.
n. 6. Laym. lib. 4. tr. 7. n. 6. Quando vero iubem pœna excommu-
nicationis, vel alterius ceniturali præcipit, credo iurisdictione
Ecclesiastica vii non solum in censura impositione, de quo
non est dubium, sed etiam in ipsius præcepti impositione, ob
cuius transgressionem censuram fert. Et idem est quoties im-
perat statuendo legem; quia legem nullus ferre potest nisi iuri-
sitionem habeat. Et in his casibus violans legem, vel præ-
cepsum ultra prædictas malitias sacrilegi, & iniustitiae, pec-
cat aduersus illam virtutem, cuius rectitudinem per actum
imperatur procurabat superior obtinere.

4. Hinc deducit Sanc. lib. 4. sum. c. 11. n. 25. cum Vafq. 1.2.
dis. 162. num. 16. si transgredias regulam aliquam, seu con-
stitutionem obligantem sub mortali, esse duplices malitiae
rum, scilicet aduersus votum, & aduersus illam virtutem,
circa quam actus imperatus veritas; quia regula est qua-
dam lex. Sed distinguendum existimo, si id quod à regula im-
peratur, alia lege Ecclesiastica, vel diuina præcipitur, creden-
dum est regulam; legem proprie non esse, sed admonitionem,
& excitationem obligationis impositione: tradit Sanc.
lib. 6. morale. c. 2. n. 6. Laym. lib. 4. tr. 5. c. 7. n. 6. At si regula
præcipit, que alias sub præcepto non sunt, adhuc est distin-
guendum; si absolute præcipiat, erit levius rumpita, &
constituit transgressionem in duplice illa specie malitiae; at si
præcipiat addens in virtute obedientiae, existimo constitui-
tionem legem non esse obligantem ex iurisdictione Ecclesi-
astica, sed ex voto, & ob honestatem divini cultus, solumque
malitiam irreligionis & iniustitiae continet. Illa enim verba
ex virtute obedientiae, clare denotant obligationem ex voto
postulari, & non aliam imponi. Quo si densus regulam, vel
præceptum superioris titulu iurisdictionis Ecclesiastica obli-
gate, non caret probabilitate ceſſare eo casu obligationem
voti, & traditionis religiosae; quia non est credendum, eti-
amer posse, superiori velle duplice potestate & obligacione
viti in suo mandato, scilicet potestate iurisdictionis, & voti,
cum æquum non sit absque gravi causa occasionem præbe-
tor malitiae multiplicandi. Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 6. n. 6.

Cui prælato ex voto obedientiae parere religiosi de-
bent, & qualiter ipse debeat præcipere,

S V M M A R I V M .

1. *Omnibus superioribus debet religiosus parere.*
2. *Abbatissam non posse suis monialibus in virtute obedientiae præcipere docet Sanc. Probabilius est oppositum.*
3. *Potes præcipere Abbatissam eo fine, ut saluti subditarum consularat.*
4. *Pontifex ut supremus praleatus potest obligare quoslibet religiosos.*
5. *Epicopus præcipere potest monialibus sibi subiectis non tam religiosis exemplis, nisi in aliquibus casibus, & quia hi sint.*
6. *In religiosis non exemptos communis sententia defendit Epicopus non posse præcipere quia pertinent ad disciplinam regularem, sed sanctum ad Ecclesiasticam. Probabilius est oppositum.*
7. *Qualiter dicti prælatis præcipere debent, ut teneantur ex voto obedientia subditi.*

1. **N**on est dubium te obligatum esse patrem prælatis tuæ
religionis, scilicet Provinciali, Generali, & Præposito lo-
cali, seu Rectori conuentus, quia hi vere superiores sunt, qui-
bus te obediendo subdidi. Seruare tamen debes ordinem inter
illos, vt Generali Provinciali, & Provincialis Rectori
præfatur; quia inferioris iurisdictione non se potest extendere
aduersus superioris iurisdictionem, nec contrarium illius præ-
cipere, et fieri enim iniquum præceptum, atque adeo non ser-
uandum. Sie Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 11. n. 6. & seqq. Horum ta-
men iurisdictione ordinaria est, ut proinde delegari potest. Non
tamen censetur delegata officialibus dominus v. g. vicario cho-
ri, conuentus, Ecclesie vel etiam in actibus ad suum officium
pertinentibus ut latius tradit Suar. d. c. 11. n. 18. &c.

2. Solum de triplice superiori est difficultas. An ex voto
obedientia suis subditi imperare possit, nempe de Abbatissam
in moniales. De Episcopo in omnes religiosos, & de
summo Pontifice in omnes religiosos. Et quidem Abbatissam
in virtute obedientiae non posse suis monialibus imperare, do-
cuit Victoria de potest. Ecl. q. 2. n. 4. quem sequitur Sanc. lib.
6. sum. c. 1.1. quia Abbatissam, (iure Ecclesiastico faltem) inca-
pax est iurisdictionis spiritualis, at ad imperandum ex virtute
obedientiae iurisdictionis spiritualis videtur requiri; quippe ille
modus imperandi finem spiritualem respicit. Ceterum dicen-
dum est Abbatissam suis monialibus præcipere posse quid-
quid expediens esse indicauerit ad rectum sui monasterij
temporalem, seu politican gubernationem. Nam cum ab ipsa
religione constituta sit monasterij gubernatrix, & hanc gu-
bernationem non possit conuenienter præstare absque iurisdi-
ctione, ea de causa ad hac imperanda illi iurisdictione concessa
est. Unde potest prohibere monialibus ne cum externis lo-
quuntur, ne litteras accipiunt, vel scribant, ne ad horros
exeant, & alia similia, que recte gubernationi domestica, &
bono nominis conuentus congruant. Si Sotus in 4. dis. 20. q.
1. art. 4. ver. binc fit. Bart. de Led. sum. Sacram. ubi de claus.
difficil. 4. dub. uti Sanc. alii relatis, lib. 6. sum. c. 10. 17. Deinde
potest de defectibus monialium communem bonum impe-
dientibus inquire, & delinquentes punire; quia haec potest
ad politican gubernationem pertinet, quod solum vi voti
ab que traditione dominij fieri non poterat, ut recte norauit
Valquez 1.2. 1.2. dis. 166. c. 4. Sanc. li. 5. sum. c. 1.2. 20. & lib. 6. c. 1.
n. 27. Hoc potest certitudinem est, Abbatissam obligare posse
moniales sub virtute voti ad exequenda, que alias ex iuri-
sictione temporali, & politica præcipere potest. Si enim Rector
alieuus valuerit, vel collegi scholasticis præcipite potest
sub pena præstiti iuramento, que sibi vita fuerit recte
vincluerit, sicut gubernationi conuentus a fortiori. Abbatissam po-
terit monialibus sub pena præstiti voti præcipere que ad re-
ctam domus gubernationem conducunt, cum votum illud
fuerit emisum de obediendo Abbatissam falem in iis, in quibus ipsa habet iurisdictionem, & ita tenet Sanc. lib. 6. sum.
c. 1.22.

3. Deinde probabilius existimo Abbatissam ex vi voti non
solum præcipere posse supradicta, quatenus recta domus gu-
bernationi congruant, sed quatenus congruant spirituali cu-
iuscunque profectui, atque adeo præcipere posse omnia illa,
qua luxta regulas, & constitutiones obseruant moniales re-
mentur. Qui negari non potest, te posse voti simplici obligari
femina, vel laico obediens in iis, que ipsi iudicauerint ad tuum
spiritualem profectum conuenient, tamen si ex hoc voto nullum
spiritualem iurisdictionem obtaineat. Quia enim in hac obli-
gat, est repugnat, aut indecessus similiter ergo possit monia-
les vovet obediens Abbatissam in iis que conuenient ficiunt iux-
ta constitutiones religionis carum spirituali profectui. Ergo cre-
dendum

dendum est ea intentione votum emissum esse; cum id sit religioni congruentius. Adeo, si Abbatissa solum præcipere posset ex voto, quæ rectæ dominis gubernationi conducunt, & in ordine ad hunc finem efficiunt sanctæ moniales, quibus præcipit, ne absque eius licentia litteras mittant, vel recipiant, neve cum externis colloquuntur, non peccaturas mortaliter, si occulte, & absque villa domus perturbat. opinionis diminutione hæc prestant, quia cœstis finis, ob quem præceptum impositum est. Insuper efficit non peccaturas mortaliter, quibus imperatum est. Missæ aliquo die feriali audießalitatem opera pietatis exercere, sicuti communiter dicitur de scholasticis. Rector collegij sub pena prestiti iuramenti aliquot singularibus debet præcipit Missæ auditionem, quam si omittant, non consentent mortaliter peccare. At dum est haec omnia admittere; cum ex illis disciplina religiosa, & obseruantia regularis non partim labefacteretur. Ergo dicendum est, per se Abbatissam ex voto præcipere posse monialibus quæ ex titulo prælati, localis potest suis subditis, & ita tener. Suar. tom. 3. de rel. lib. 10. c. 11. in fine n. 20. tametsi contrar. docet Sanch. alii relat. lib. 6. cap. 1. n. 19.

4. De summo Pont. omnes Dots. consente potestatem habere obligandi quolibet religiosis ad obseruantiam regularem, non solum ex iurisdictione sibi à Christo concessa, sed etiam ex obedientia voto, quod ipsi consenserunt est emitiri, tanquam supremo omnium religionum generali; nam cum ipse omniū prælatorum caput sit, ab eoque corum iurisdictio dependeat, conueniens erit, ut obligatio illis ex voto acquisita efficacius ei acquiretur. Deinde cum ipse religiones approbaeret, credendum est sub ea conditione approbata, ut ipse supremus illius religionis prælatus existaret, atque ita teneat Sotus, lib. 7. de iustit. p. 3. artic. 1. Navarr. sum. cap. 12. num. 76. Suar. tom. 3. de relig. lib. 10. cap. 11. n. 11. Sanch. lib. 6. sum. cap. 1. num. 8 Layman. lib. 4. sum. tr. 5. cap. 8. numer. 3.

5. Restat dicendum de Episcopo, de quo duo certa sunt. Primum: Monialibus sibi subiectis posse in virtute obedientiarum præcipere quia est carum superior, instar alli prælati regularis. Sanch. lib. 6. sum. c. 1. n. 11. Secundum: In religiosis exemplis, (quales sunt fide omnes alii religiosi) non habere ex voto potestatem præcipendi, quia absoluere non est eorum superior quadam regularem obseruantiam, tametsi in aliquibus actionibus ad disciplinam Ecclesie pertinentibus eos subiectos habeat, videlicet in libitorum impressione, in audiendarum confessionum, officiisque prædicandi licentia, in obseruat. festorum, & censoriū, in assistentiā ad publicas processiones, in compendiis controverſiis de præcedentiā locorum, in punitione religiosi publicè delinqüentes, in explorat. voluntatis puerula professura. Quos tamen religiosi, si puerulum habent à sede Apostolica, ne possint excommunicari, suspensi, aut interdicti (quale habent omnes Mendicantes, vt constat ex Sotiorum compendio, verbo exempli, num. 9. 23. & 24. Et Sotiorum Iesu ex bula Pauli IIII. edita anno 1549. & omnes alii religiosi, qui in mendicantium priuilegiis committant) nequit Episc. ad hac obseruanda censuram Ecclesie cogere, nisi in casibus à Trid. expressis, videlicet cum absque licentia celebrant in oratorio priuato, & horis non debitis, superstitione in celebrat, admittunt, vri dicunt, sess. 22. decreto de vitandis, & obseruandis in celeb. Missæ, vel quando clausuram monialium tentant impediunt sess. 25. c. 5. de Reg. vel cum nolunt bona nouitatis respicientibus restituere, ead. sess. cap. 16. In aliis vero casibus depositione, detruitione in artibus monast. alii pueri pueris arbitris procedere debet, vt recte dixit Gl. Host. Io. Andr. & alii in c. 1. de puer. in 6. & pluribus firmit. Sanch. lib. 7. de matr. diff. 33. n. 23. Aug. Barb. s. p. de potest. Episc. all. 78. n. 25.

6. Dubia quæſtio est de Episc. comparat. religiōforū non exemplorum (si qui ultra moniales sint) habeat ne potestatem ex voto eos compellendi ad obseruantiam regularem. Communis sententia negat, solumque admittit compulsionem in pertinentibus ad disciplinam Ecclesiast. in qua Episcopus præfendus est prælato regulari, fucus in obseruantia religionis statutis, sic tenet Sanch. alii relat. lib. 6. sum. c. 1. n. 13. Laym. lib. 4. sum. 11. 5. cap. 8. num. 2. Et videretur esse D. Thian. 2. diff. 44. in expofit. litt. ad 3. Ceterum virtus senectus posse Episcopum religiosos non exemptos ad obseruantia regularem cogere non solum ex potestate iurisdictiōnis, sed etiam ex potestate dominativa orta ex voto obedientiarum, & traditione religiōforū sibi facta. Mouet primò quia si hi religiosi non essent obligati Episcopo obediēre, sed suo regulari prælato in pertinentibus ad regularem obseruantiam, absoluē exempli essent ab Episcopi iurisdictiōnē, quod est contra suppositum. Secundò prælaus regulari horum religiōforū vel haber iurisdictiōnē, in ius religiosos immediate à Papa, vel medio Episcopo. Si immediate à Papa, erit religio exempla, de qua non est sermo: si medio Episcopo; ergo Episcopo, vice potest principaliori prælato, & à quo prælaus regularis iurisdictio dependet, obedientia promittitur. Tertiò, Commune

est apud Doct. Episcopum in sua diocesi posse, qui ipsi Pontifex in tota Ecclesia, nisi eius potestas à Pontifice limitetur. Sed de Pontifice diximus, ex vi voti potestare habere in totius Ecclesiæ religiosos, vt eos ad obseruantiam regularem compellat. Ergo idem affirmandum est de Episcopo in diocesi, dum non restringitur eius potestas. Quartò, Ratio Pontificis esse ordinarium pastorem religiōforū, in col. que potestate dominativa habere, procedunt in Episcopo comparat. eorum religiōforū, qui sua iurisdictiōnē, exempli non lunt. Ob duplicitem enim rationem ea potestas dominativa affirmatur de Pontifice; videlicet quia ad ipsum pertinet religionis approbatio, quam non est consendum concedere nisi sub conditione, quod ipsi tanquam supremo capit̄ obedientia promittatur. Deinde quia Ecclesiæ bono maxime necessarium est, ne religiosi viam perfectionis amplectentes ab ea deflectant; nam ictu non sic necessarium statum religiosum; at eo assumptu necessarium est ad salutem eius obseruatio. Sed haec rationes in Episcopo procedunt. Nam Episcopo competit per se religionis approbatio, si hoc à Pontifice reservata non esset. Et præterea ei competit cura, & diligentia, ne sibi subditū deflectant à via salutis inceptra. Ego affirmand. est scilicet privilegium, & exempli Episc. pastorem religiōforū cūque obedientiam promittit, atque ita tener. Petr. de Rel. 2. s. sum. tr. 10. c. 7. nota. 2. inclinat. Suar. 1. 3. de rel. lib. 10. c. 11. n. 15.

7. Tandem inquires qualiter supradicti prælati præcipere debeant subditū religiosis, ut ipsi ex voto tenuant obediēre. Respondeo debete præcipere in virtute Sanctæ obedientiæ, vel in nomine Iesu Christi, vel sub alia formula, quæ latissimā primat voluntatem obligandi latius prosequitur Sanch. lib. 4. à num. 67. Unde in Soc. Iesu contum est præcept. Superioris nullam oblig. inducere, quantumconque verbis præcipitiū voratur, nisi addat in virtute obedientiæ, vel in nomine Iesu Ch. atque idem credo si adderet in virtute Spīr. S. sic habetur 6. p. conf. c. 5. in fine.

P N C T V M III.

An ex voto obedientiæ teneatis sub mortali, vel veniali seruare omnia contenta in regulis, & constitutionibus religionis, & qualiter ad perfectionem tendere debeas.

S V M M A R I V M.

1. Distinguuntur varia regule diversas obligationes contentientes.
2. Ex duplice capite obligat regula ad veniale, ex leuitate materiae, & ex intentione legislatori.
3. Regula ad nullam culpam obligant transgressio non est contra votum obedientiæ; in modo aliquando carere culpa potest, si honestum finem habeat.
4. In transgressione debet subire penitentiam; esto coram Deo, habebat culpam.
5. Propter gravitas difficultates; an sit in statu peccati mortaliter religiosum consuetudinem habens violando regulas non eligantibus sub mortali.
6. Per se non commitit peccatum mortale.
7. Bene tamen per accidens.

1. P ræmitto posse in religione dari aliquas constitutiones, & regulas obligantes sub mortali, alias sub veniali, alias ad nullam culpam. Et haec diversitas ex verbis constitutiōne, & ex conductu illius religionis defumenda est. Si regula obligat sub mortali: communis est sententia illius transgressionem mortalem esse contra votum obedientiæ. Si autem solum sub veniali obligat, transgressio illius venialis est: quia votum fit de obedientia prælatis prestanda, qui non minus ore tenus, quam lege, & constitutione religionis præcipiunt, sic D. Thom. in 2. diff. 44. q. 2. art. 3. Valen. 2. 2. diff. 1. o. 4. p. 5. Sanch. lib. 7. moral. c. 1. n. 5. & cap. 4. n. 6. Layman. 1. 4. n. 5. & alii apud ipsos.

2. Ex duplice capite potest regula ad culpam veniali obligare. Primum ex leuitate materiae, & de hoc capite nulla est controverſia. Secundum ex intentione legislatori. Nam etiam materia capax sit obligationis gravis, legiferator sua voluntate eam obligationem restringit. Si enim potest ab ea materia omnem obligationem excludere, quid mirum si gravem seddar, & leuem relinquat ut latius Suar. 1. 4. de relig. tr. 8. lib. cap. 2. n. 4. Votum autem obedientiæ non est de exequenda illa materia gravi, sed de exequendo præceptio illius, quod cum ex voluntate legislatoris leue sit, absoluē votum recipere materiam leuem: & ita tradit Suar. 1. 3. de relig. lib. 10. cap. 5. numer. 11.

3. At si regula per se ad nullam culpam obligat, ut sunt regule

DE
ASTR
PALA
TOM.
II.